

lui pochi giorni ad-dietro,

brama anch'esso di dedicarsi al servizio di chi con tan-ta cortesia lo interro-gava,

ed ha voluto offrir al Rabatta, quale primo frutto de' suoi studi, il carme accuso, scritto in onor di lui.

Ognibene è già dottore nelle arti, e sta per laurearsi in diritto;

ora veda il Ra-batta quanto ci va-le anche nel det-tare.

Ben volenteri ha accettato l'incarico di inviarigli que-st' omaggio e, se non temesse di di-sturbarlo, sarebbi già venuto da lui.

Ora sta pronto ad ogni suo cenno.

curia te convenisset, verecunde quidem, ut et ipse^(a) semper solet et splendorem tuum decere^(b) arbitrabatur, tam humane est a te appellatus, tam benigne habitus, ut nichil sibi potius velit quam ut tuus sit et id agat quo placere tibi possit. nam, cum de rebus ac studiis suis ea indulgentia percontareris, ea diligentia ac fide 5 moneres simulque adhortareris, visum est sibi; id quod verum est; non nisi ex infinita quadam bonitate prodire hec posse. quam-obrem, ut ceteri frugum suarum Deo, ita ipse tibi, divo homini^(c), ingenii sui primitias offert, et vulgare carmen, quod in laudes tuas edidit, tam sententiis quam^(d) verbis insigne transmittit. in quo cum 10 cetera omnia probare merito possis, tum vehementem affectionem, qua is ad te est, admittere prorsus debes. multa ex illo de philosophia audire alias poteris, quam plene dudum complexus est, multa de legibus, quarum immensam vim propemodum iam attigit^{(e) (f)}. nunc quantum oratione possit, videoas licet. huius^(f) me muneris 15 nuntium esse voluit, quod sciret me tibi non parum dilectum esse, ac propterea dono pretium adici ex me posse arbitraretur. id ego libenter suscepit, presensque venissem et nunc et crebro antehac, nisi veritus essem ne te negotiis publicis implicitum distraherem. nunc ista leges: posthac, si quid me voles aut si cui tibi voluptati 20 esse presens potero, liberum semper atque expeditum invenies. vale. pridie kalendas maias 1400. Padue.

(a) *B* quid ut et' | *ipse* (b) *Codd.* dicere (c) *B* Deo, ita ipse tibi, dico, homini
Pra digno homini *Ii-Morelli* congetturò divo (d) *B* om. quam (e) *Codd.* attingit
(f) *B* videoas, licet huius

(1) Lo Scola s'addottorò nelle arti il 26 febbraio 1391. Egli è menzionato come scolare di diritto civile il 15 mag-

gio 1396, e conseguì la licenza il 10 settembre 1397, ma la data della sua laurea c'è ignota.